

et] v. non. maii anno ab incar[natione] domini M C XIII in villa, quae dicitur Ilmine, in manus trium virorum liberorum scilicet Rûdis, Sigefridi, Lûph ad supra dictum monasterium Reginherisbrunnon solempni more delegandum coram testibus adnotatis contradidit, regia auctori[t]ate monasterio illi stabilitum esse perpetualiter ac libere sine contradictione alicuius possidendum volumus hoc imperiali censura statuentes, ut nulli omnino hominum 5 liceat in posterum aliquid hereditatis vel proprietatis sibimet inde usurpare seu vim inferre, minuere, auferre aut ablatum retinere, sed soli abbati et monachis eius uti, possidere, dare, commutare potestative in sempiternum con[va]leat, quo tutius ac liberius pro imperio nostro et [t]oti[u]s regni statu deo et sanctis eius orationes iugiter effundant. Et ut haec nostrae domi[natio]nis auctoritas nunc et in futuro fir[m]a et inconvulsa permaneat, hoc praeceptum 10 inde conscriptum, sigilli impressione signari iussimus [m]anuque propria, ut infra videtur, [co]rrob[o]ravim[us]. Henricus Romanorum imperator augu[stus] s[u]bscr[ipsi]. (S. spec.) Rûgger de Rimistede, Thiterich de Theideleibo, Hug, Ansh[elm] duo fratres, Martinus de Muliburg, Folmar [de Beringe, Albericus de] Cimmero, Isinhart de Suzzero, [Vd]elric[us] de Adelesliebo, Erminri[cus] de [M]ol[is]dorf, Heriman de Lizni, [Heinricus de Uterit, 15 Hug de Frisense, Bebo de] S[e]bechi, Ekkehart de Gûthiron.

: [Sign]u[m] domni Heinrichi (M.) imperatoris augusti invictissimi.]:

(S. spec.)

: Brun cancellari[us vice] Adal[berti archicancellarii] recognovi.: (S.J.)

Data XVIII. kal. oct. anno ab inc[arn]atione domini millesimo CXIII, indictione [VII]; 20 a[ctum] E[r]phesfurt.

48.

Kaiser Lothar III. nimmt in einer Urkunde von 1134 (Stumpf 3291) das St. Marien- (später St. Aegidius-) Kloster zu Braunschweig in seinen Schutz, welches von Gertrud, der Tochter des Markgrafen Ekbert von Meissen, erbaut und am 1. Sept. 1115 in seiner und seiner Gemahlin, Gertruds 25 Tochter, Gegenwart geweiht wurde.

[1115 Sept. 1.]

Hdschr.: Or. Perg. Landeshauptarchiv Wolfenbüttel. S. = Heffner III. 30.

Gedr.: Or. Guelf. 2,517 (mit sehr schlechtem Facsimile). Stumpf 3291.

C. : In nomine sancte et individue trinitatis. Lotharius divina favente clementia tertius Romanorum imperator augustus.: | Notum esse volumus universis Christi fidelibus 30 tam futuris quam presentibus, qualiter Gertrudis marchionissa filia Ekeberti marchionis monasterium deo et sancte dei | genitrici Marie in loco Brunswich dicto edificavit et ad monastice vite regulam perhenniter delegavit et consensu heredum suorum, ut moris est, de hereditate sua | dotavit et ditavit atque domno Heinricho abbati de Buresfelde commenda- 35 vit. Cuius industria et bone fundatricis impensa felici edificio feliciter consummato anno dominice incarnationis MCXV, indictione VIII, Romanę ecclesie legatum domnum Tidericum nec non venerabilem Haluerstedensis ecclesie episcopum Reinhardum ad consecrandum idem monasterium invitavit. Qui videlicet viri venerabiles illo venientes nobis etiam cum carissima coniuge nostra Rikenza eiusdem marchionisse filia presentibus, nec